

De excitantium usu in febribus potissimum putridis : dissertatio inauguralis medica ... / auctor Georgius Henr. Conradus Mehlis.

Contributors

Mehlis, Georg Heinrich Conrad.
Universität Göttingen.
Royal College of Surgeons of England

Publication/Creation

Goettingae : Typ. Ioann. Albr. Barmeier, 1787.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/kgae8xtb>

Provider

Royal College of Surgeons

License and attribution

This material has been provided by This material has been provided by The Royal College of Surgeons of England. The original may be consulted at The Royal College of Surgeons of England. where the originals may be consulted. This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

DE ^{2.} *dupla*
EXCITANTIVM VSV
IN FEBRIBVS
POTISSIMVM PVTRIDIS.

DISSERTATIO INAVGVRALIS MEDICA
QVAM
CONSENTIENTE
ILLVSTRI MEDICORVM ORDINE
IN
ACADEMIA GEORGIA AVGVSTA
PRO
GRADV DOCTORIS
MEDICINAE AC CHIRVURGIAE
RITE OBTINENDO
DIE XXX. IVNII MDCCLXXXVII
PVBLICE DEFENDET
AVCTOR
GEORGIVS HENR. CONRADVS
MEHLIS
GOSLARIENSIS.

GOETTINGAE,
Typ¹. IOANN. ALBR. BARMER
ACAD. TYPOGR.



Digitized by the Internet Archive
in 2016

GENERALIA DE FEBRIBVS.

Corpus nostrum ita est dispositum, vt vnumquodque irritamentum, a quo moleste afficitur, auctam irritabilitatem inducat, cuius effectus febris nominatur. Irritabilitas illa est corpori viuo, imprimis fibris eius muscularibus, insita vis, qua, accedente stimulo, singulari motu oscillatorio et quasi tremulo *a)* se contrahant; a vi elastica aut mortua plane diuersa; nam haec illa est vis corporum, qua, si compressa aut extensa fuerint, ablata causa sponte in pristinam formam restituuntur. A neruis etiam minime pendet irritabilitas, nam neruis remotis, aut musculis a commercio cum cerebro seuulsis, nihil valde de irritabili natura secedit *b)*. — Ab
irri-

a) Cel. BLUMENBACH institut. physiol. p. 33.

b) HALLERI prim. lin. physiol. ex edit. Ill.
WRISBERGII p. 224.

irritabilitate siue vi vitali fibrae musculari imprimis insita omnes corporis motus proxime originem trahunt, qua irritata aliquo modo, necesse est, vt actio sequatur. Nerui enim soli ad motus perficiendos non valent, sed dum in irritabilitatem fibrarum, quae musculos constituunt, ita agunt, vt hi contrahantur, efficiunt, vt motus existat. Hoc modo si muscoli irritentur a neruis, atque ita animi voluntati obtemperant, effectus inde orti dicuntur functiones animales; aliis autem, quae non pendent ab animi voluntate, fluidum, quod continent, sufficit ad stimulandum eos ad motus, sine quibus vita durare non posset, vnde motus illi dicuntur vires vitales. —

Licet autem vis vitalis non pendeat a nervis, valde tamen eam cum sensibilitate esse coniunctam non potest negari, adeo vt quodcunque auget sensibilitatem, irritabilitatem quoque augeat, necesse sit. Quod ita accidere non tantum ex magna neruorum, quibus abundant organa vitalia, copia, verum etiam ex effectibus ab animi perturbatione in corpore productis adparet. Itidem quodcunque debilitat sensibilitatem seu vim neruorum, irritabilitatem quoque debilitat.

Inter duas has animalis corporis proprietates, ait Cel. THAER d), connubium est, ut sibi semper sint irritamento, nec una unquam absque alterius detrimento turbari possit.

Duplici modo vis vitalis aberrare potest a statu naturali, vel defectu, quod dicitur torpor solidorum, vel excessu, quod est irritabilitas aucta. Oritur haec vel ab aucta sensibilitate, vel ab incitamentis stimulantibus partes hasce ad irritabilitatem valde pronas. Aucta autem irritabilitate motus partium irritabilium augetur, ex lege scilicet reactionis; cui motui aucto vel auctae irritabilitatis effectui inest vera febris ratio atque natura. Probatur hoc non tantum causis febris, ac praedispositione ad eam, sed mutationibus quoque, quas ab ea in corpore productas animadvertere licet. Non quoduis incitamentum in quolibet homine febrem producit, cum, si duo ab eadem re adficiuntur, alterum in febrem incidere, alterum incolumem remanere saepe videamus, quod ita accidere non posset, nisi praedispositio quaedam, in nimia sy-

A 2

ste-

d) De actione systematis nervosi in febribus, Götting. 1774. p. 12.

stematis nervosi mobilitate, ut videtur, fundata, ante latuisset. Est autem nimia haec mobilitas status nervosi systematis ille, ubi modicas atque ordinarias siue per sensus factas, siue internas impressiones sequitur motus extra ordinem auctus; unde oritur irritabilitas aucta *e*). Necessario itaque in ita disposito homine ex causis leuioribus actio solidorum aucta in irritamentum, aut reactio sic dicta oriri oportet. — Causae febrium occasionales sunt quaelibet incitamenta, quibus stimulantur vires vitales ad motus extra ordinem frequentes atque fortes, siue illa organa vitalia ipsa tangant, siue per animi perturbationes, veluti ira, stomacho, dolore, aliisque excitent systema nervosum, in quo oritur reactio, adeoque, propter arctissimum vinculum, quo cohaeret sensibilitas cum irritabilitate, aucta irritabilitas. — Id vero, quod febrem adpellamus ex irritabilitate aucta oriri, probant etiam ea, quae in corpore febre adfecto animaduertimus. Frigus enim nihil est, nisi singularis adfectio systematis nervosi, spastica vasorum cutaneorum contractio, qua fit, ut sanguis

e) ELSNER Beiträge zur Fieberlehre p. 14.

guis deprimatur ad vasa interiora, et pallor et angor opprimat hominem. Calorem enim revera non deminui, probant observationes ad thermometer institutae; celeriores autem humorum circumductionem pulsus frequens et durus, quamvis spastice contractus indicat, quae ab cordis aucta irritabilitate, et contractionibus celerioribus pendet. Cessante spasmo sentitur calor, qui, dum in corpore sano par est irritabilitati, et eo maior est, quo fortior atque robustior est hominis natura, profecto oritur ab excessu virium vitalium.

Ita auctam virium vitalium actionem semper statim initio in febre conspiciamus, cui si praevenimus, febre praevenimus; quod optime fiet eliminando incitamento, siue, ubi id fieri nequit, obvoluendo illud, aut vires vitales minus irritabiles reddendo, ne nimis ab illo afficiantur. Sic si contagium susceptum causa febris instantis est, emetico, posteaque, si hoc non sufficit, lenibus diaphoreticis, animi oblectatione, corporis motu, vini modico usu, et id genus aliis e corpore iterum eliminari et febris praecaveri potest. Saepius in febre biliosa putrida

cum petechiis, quae iterata vice Goettingae epidemice grassabatur, experientissimus STROMMEYER, praeceptor pie colendus, me suo ipsius exemplo docuit, se ex dolore capitis obtuso, inertia quadam et lassitudine insolita totius corporis, appetitu praeter modum a sensu vrente in ventriculo aucto, somno turbato nec reficiente et imprimis timore quodam aegros vivendi, contagium in se susceptum animadvertisse, quae omnia mala emesi biliosis multis eiectionis tollebantur. — Sic quoque balneo tepido, quo irritabilitas deminuitur, effici potest, ut vires incitamento minus sint obnoxiae. Vehemente autem reactione iam secuta atque ita febre perfecta, moderandae sunt vires vitales atque incitamentum tollendum. Eadem ratione debilitas quoque functionum animalium in febre cito observata, optime corrigitur, si aut causa tollatur, aut actio nimia sensorii communis in vires vitales infringatur, a qua haec apparens debilitas ortum trahit. Cel. THAER se, *animales actiones eam ob causam debilitari censere, ait e)*, quod vis nervosae impetus adeo in vitalia organa rapitur, ut libera eius dispersio animae de-

detrahatur. Et paullo antea inquit: videtur, in pluribus diuersis locis neruosi systematis actionem non posse simul intendi, eamque in aliis partibus quodammodo imminui, si in una praeter naturam augetur.

Constat autem, a iuste temperata irritabilitate aut vi vitali omnes ad vitam necessarias actiones pendere, earumque torporem aequè periculosum esse ac excessum. Numquam itaque in curandis febribus effectus votis respondebit, nisi vires aegroti iuste aestimentur, et illae vi morbi, longinquitate temporis, praua medela, aliisque causis exhaustae remediis quibusdam incitentur. Sic etiam Ill. STOLL f) *se in vera debilitate indirectam medendi methodum adhibuisse* adserit, quam in eo posuit, primum *ne vis vitae nimis torpeat, sed ut ita intendatur, ut humoribus permixtam alienam materiem attenuet, subigat, aut aptam efficiat, quo per varia corporis cola, ad quae adpulerit, traiciatur, atque ita exterminetur. Porro ut ne nimium viuida vis vitae sit, et contra inimicam materiem potentius insurgat cum discrimine aegrotantis.*

A 4

GE-

(f Ration, medendi tom. II. p. 204.

GENERALIA DE EXCITANTIBVS.

Excitantia praecipue omnia illa remedia nominantur, quae sua irritatione vires nervorum refuscitando vires vitales incitant. Quoad gradum effectus, quem exserunt, variis compellantur nominibus. Si ob maxime volatiles partes imprimis in nervorum systema agunt, neruina vel analeptica, si leni stimulo debilem nimis sanguinis motum per vasa augent, et vires vitales reficiunt restaurantque cardiaca, et si irritabilitatem praecipue valido stimulo augent, stimulantia audiunt. — Excitantia porro diuiduntur in illa quae ingeruntur, et illa, quae alio modo corpori applicantur, et ex his, quae cuti imponuntur, epispastica nominantur. Haec iterum distinguuntur in rubefacientia, quae mitius agunt, et tantummodo ruborem et calorem et postea lenem inflammationem in cute cient, quae sensim cum desquamatione cuticulae evanescit; et in vesicatoria, quae asperiora sunt, dolorem multo vehementiorem ac vrentem excitant, ferrosos liquores in partem, cui adplicantur, deriuant, qui liquor affluens ab epidermide illaesa in vesiculas eleuata, retinetur. Epispastica haec imprimis irritabilitatem augere et fibram viuam
ad

ad motus et contractiones viuidiore incitare, earumque actionem in humores circulantes promouere videntur, sed principio volatili distituta lentius agunt, quam excitantia per os sumpta. Magno autem cum fructu cum his simul in vsum vocantur. Interna excitantia praeprimis in nervosum systema agunt, torporem eius vel insensibilitatem sua irritatione auferunt, et ad fortio- rem actionem in vires vitales et animales illud excitant, qui effectus celerrime sese exserunt. Indeque etiam post eius vsum pulsus fit plenior et aequalior, calorque in partibus extremis redit.

INDICATIO AD EXCITANTIA.

Quum omnia fere excitantia specifica stimulo quodam volatili sint praedita, ideoque praecipue in nervos agant et irritabilitatem augeant, numquam nisi urgente indicatione in febribus sunt adhibenda. Explicandum nunc mihi erit, quando sint necessaria. Ex effectu autem eorum iam patet, illa tantummodo locum habere ac conducere posse, si torpor partium solidarum cum defectu virium nervosarum animaduerti- tur. Torpor solidi viui est defectus vis vitalis, et po- nit imminutam vario gradu sensibilitatem, hinc ad

irritamenta nifus in contractionem tam parui, vt non fufficiant iis producendis motibus, quos oeconomiae falus poftulat g). Exhiberi itaque poftunt remedia vires incitantia cum fructu:

I. Si medicamenta quaedam indicata ob veram neruorum debilitatem effectū deftituuntur. Sic in fumme debilitatis nutrientia et roborantia parum vel nil praeftabunt, nifi cardiacum quoddam illis admifceatur, quod vim neruofam incitat, et actionem folidorum in maffam humorum promouet et fic cetera remedia efficacia reddit. In gangraena et febre putrida cortex peruuianus interdum ex eadem cauffa frustra adhibetur, et volatili quodam cardiaco illi adiecto effectui fperato refpondet. Non raro hic defectus vis nerueae naturae in quibusdam moliminibus falutaribus impedimento eft, cui neceffario tunc fuccurri oportet, ne vita penitus deftruatur. Sic in infantibus gracilioribus et delicatulis haec debilitas interdum obftat, quo minus eruptio variolarum fiat, quae exhibito excitante aut fuperimposito epifpafico mox infequitur.

2.

g) GAVBII inftitut. pathol. p. 90.

2. Si in febribus a caussa quadam magnus oritur languor et torpor virium vitalium, et absque vitae discrimine caussa remoueri non potest, excitantia in vsum vocari est necesse. Non raro hoc in febribus putridis sanguineis et biliosis accidit, imprimis ex contagio et putridis effluuiis ortis, in quibus, si, viribus vitae exhaustis, indicatio vitalis accedit, viresque non cito instauruntur, semper timendum, ne ex summa debilitate mors superueniat. Morbum quidem non tollunt excitantia, sed eorum vsum tempus lucramur, vt post refocillatas vires caussam aut corrigere, aut euacuare possimus. *Vbi segnior febris apparet impetus*, ait Ill. VAN SWIETEN *h)*, *sic vt caussae suae materiali subigendae, mouendae, discernendae et excernendae impar sit, tunc opus est talibus, quae nimis debilem motum incitare possunt, vt modo dicta efficere valeat.* Viribus fractis et ad perficiendas suas actiones ineptis, cardiacis opus esse, affirmat GRANT *i)*. — Debilitas illa a contagio putrido, nervis inimico, citius quidem inducitur;

h) Commentar. tom. II. p. 159.

i) Beobachtungen über die Fieber p. 210.

tur; non raro autem caussae antecedentes an-
sam praebent, ad quas diligenter respicien-
dum est, ne haec debilitas vera cum illa a vi-
ribus oppressis aut spuria sic dicta commute-
tur. Debilius et mobilius neruorum systema,
aut caussae debilitantes praegressae, vt inedia
diutius protracta, excretio nimia feminis, la-
ctis etc, intensio corporis et animi immodera-
ta, vigiliae assiduae, moeror, tristitia, ae-
rumnae, curae, sanguinis intempestiua missio,
purgantia fortiora et id genus aliae non raro
accedente febre magnam virium prostratio-
nem inducere possunt. Diuturnitatem etiam
morbi debilitati verae causam dare posse, do-
cet VAN SWIETEN *k*), nam accelerato per
febrem motu vitali, longe plus de corpore
perit quotidie, quam ex ingestis cibis et po-
tibus restituitur. Simul etiam per febrem lae-
duntur plurimae actiones, quae ingesta in
nostri corporis naturam mutare debent, vnde
et simul deficit, vel turbatur saltem, perdi-
torum restitutio. Viribus autem prostratis
nec functiones vitales, nec animales, nec
naturales rite procedere possunt. Ex functio-
nibus

k) l. c. tom. II, p. 272.

nibus his itaque turbatis signa verae debilitatis colliguntur. Praecipua sunt quae insequuntur: pulsus tardus, rarus, parvus, mollis, inaequalis vel intermittens, pallor faciei, calor imminutus, frigus extremorum, respiratio parva, rara, anxia, animi indifferentia, stupor, mores insoliti, delirium et vigilia, languor et torpor sensuum internorum et externorum, vrina limpida, aquosa, defectus sitis inter causas sitiendi, inuoluntaria alui excretio et urinae emissio. *De viribus vitalibus laesis constare, monet WINTRINGHAM 1) si respiratio parva, cita, anhelata, suspiriosa, inaequalis, si difficilis, erecta, laboriosa, frigidaue sit, si cum dolore, gravitate, tussi, sibilo, stertore, aut spuma fiat; si pulsus parvus, debilis, frequens, si inaequalis, intermittens, formicans, tremulusue sit, si singultus cum nisu pectoris magno, si syncope, tremor, aut palpitatio cordis adsint. Denique etiam.*

3. in nonnullis casibus, ubi imminuta vel fere plane abolita sensibilitas cum imminuta irritabi-

1) in not. ad Meadii monita et praecepta. medicæ, tom. I. p. 15.

bilitate, quantum haec a vi neruea pendet, adest, excitantia exhibentur, vt in suffocatis, aut animi deliquio correptis.

CONTRAINDICATIO.

Nil sane in febrium curatione magis nocet, quam excitantia intempestiue adhibita; nam tunc non solum sine excidunt, quia causam non tollunt, sed ex illis aeger etiam multum capit detrimenti; incitando enim vires vitales, harum actionem in fluida promouent, febrem augent, spasticas constrictiones inducunt, et salutare excretiones impediunt, et eo citius vires exhaustiunt. Interdum etiam eorum abusus febris causam deteriore reddit, et in febre biliosa putrida resorptionem putridi fomitis in humorum massam promouent, qui ad sanguinem delatus infinita inducit mala; in febre putrida sanguinea, celeriore per vasa humorum circumductionem reddendo, putredinem et excretiones colliquantes augent. Sic etiam in aliis febrium speciebus, in quibus interdum conducunt, vt imprimis in febribus nervosis, incaute propinata, agmen symptomatum periculosissimorum excitare possunt. Quam diu vires vitales vigent, vt in febris

bris initio, semper nocent excitantia. *Dum in initio morborum*, inquit Ill. VAN SWIETEN *m)*, *oppressis viribus aegri iacent, malignitatem morbi accusant imperiti, et cardiacis erigendas volunt vires, non absque ingenti saepe decumbentium damno*. Initiis acutorum diaphoretica volatilia et reliqua huiusmodi impetum facientia remedia exhibenda non esse, affirmat BAGLIVIVS *n)*. Si itaque vires non reuera exhaustae, sed tantum a caussa quadam morbosa oppressae sunt, ita ut caussam remouere adhuc liceat, quamuis magna debilitas adesse videatur, excitantia in usum vocanda non sunt. Hicce status debilitas a viribus oppressis, aut debilitas spuria nominatur, et triplici modo oriri potest; et quidem

- I. si a nimia sanguinis bene elaborati ac blandi quantitate, aut distensione praeternaturali vitalis huiuslaticis motu vehementi, aestuatione, febre, aliisque causis excitata, aut congestione humorum versus caput, cerebrum et nerui comprimuntur, sensus debilitatis insequitur. Nil hercle magis noceret, quam si hanc debilitatem

m) l. c. tom. II. p. 286.

n) Prax, med. libr. I. cap. XIII, oper. omn. p. 136.

tem stimulantibus profligare conaremur. Causa praegressa, signa plethorae, pulsus durus et oppressus, facies florida et causae aut antecedentes aut praesentes, quae liberam humorum in visceribus circulationem turbant, mox hanc debilitatis speciem indicant; quam venaesectione, remedia quae orgasmum sanguinis temperant, causam congestionis tollunt, a capite humores deriuant, et circulationem liberiores reddunt, optime tollunt. Summe plethoricos Ill, VAN SWIETEN o) debilissimos saepe inuenit, sed post largam sanguinis missionem illico pristinae corpori vires redierunt.

2. Si colluuiies vitiosa in primis viis haeret, debiles sibi esse videntur aegri, quae debilitas ab irritantibus fordibus, dum, vasa abdominalia spastice constringendo, congestionem versus caput inducunt, aut systema nervosum immediate ita afficiunt et disponunt, ut vim suam in functiones animales exserere nequeat, ortum trahit. Saburra excussa cito haec debilitas, gastrica nominata, aufertur.

In

o) l. c. tom. II. p. 270.

In epidemia Laufannensi Cel. TISSOT *p*) aegrum vidit, qui extra spem esse videretur, cum pulsu pessimo, orthopnoea et delirio, sed emesis omnia breui pacabat. — Signa fordium praesentium, absentia caussarum praecedentium debilitantium, proportio in qua fordes cum debilitate inveniuntur, pulsus quidem parvus sed frequens cum calore ardente, vrina rubra aut crocea facile hanc aegri conditionem a vera virium prostratione distinguunt. Ill. STOLL *q*) exilissimum pulsum in iis, quibus materies circa praecordia summo opere turgebat, et qui nullas adhucdum evacuationes passi erant, aut saltem parciores, quam ut inde tanta debilitas deduci quiuerit, animaduertit. Cardiacum fuerat emeto-catharticum, quod pulsibus vigorem illico restituit. Fictitiam hanc debilitatem stimulantia non emendarunt, sed mirum quantum auxerunt. *Haeret aliquando*, ait Ill. van SWIETEN

p) Diff. de febribus biliosis; seu historia epidem. biliosae Laufannensis. p. 13.

q) l. c. tom. 2. p. 203.

TEN r), *in morbis aliquid circa praecordia, quod venenata quasi vi omnes vires uno momento proflernit; et, quamdiu ibi haeret, summam debilitatem facit, quamvis nulla iactura liquidorum praegressa fuerit, neque observabilis vlla mutatio in liquidis solidisque partibus corporis reliquis inveniatur, cui subito nata debilitas attribui posset.* — Vires admodum proflerni a sordibus ventriculorum grauantibus affirmat etiam Ill. HUXHAM s). GALENVS t) quoque, a bile circa praecordia haerente non tantum conuulsiones, sed et syncopen ortam fuisse, observauit, et superueniente bilioso vomitu omnia cessabant illico mala. In febribus continuis, quae epidemice grassabantur, subitanam virium prostrationem mirabatur SYDENHAM u), quae emetico dato illico mitigabatur. Denique etiam

3)

r) l. c. tom. II. p. 271.

s) Opera physico-medica curante REICHEL, tom. I. p. 243.

t) De locis affect. libr. V. cap. 6. ex edit. CHARTERII. tom. VII. p. 493.

u) Observat. med. Sect. I. Cap. 3. oper. p. 32.

3) sensus debilitatis a materiis quibusdam ac effluuiis, quae vi quadam specifica in nervos agunt, horumque functiones turbant, oriri potest. Causa occasionalis praegressa, et ab-
sentia signorum verae debilitatis hanc debilitatis speciem indicant. Excitantia etiam hic non profunt, si materia iam reactioni solidorum causam dedit, colluviem vitiosam primarum viarum induxit, aut sanguinem deprauavit; sed reactio solidorum nimia infringenda et omnibus aliis indicationibus pro re rata satisfaciendum erit. In initio autem, et statim post contagium susceptum, excitantia, ope emetocathartici purgatis primis viis, exhiberi possunt, ut actio nervorum in functiones corporis libera reddatur et miasma diaphoresi iterum eliminetur. Sic Ill. PRINGLE v) prodromos febris carcerum praemisso emetico, drachma dimidia Theriacae et granis decem salis cornu cerui fugavit.

DE

v) Beobachtungen über die Krankheiten der Armee, ver. germ. BRANDE, p. 361.

DE EXCITANTIBVS SPECIATIM.

Quum fere nullum extet medicamentum, quod vna tantummodo vi sola gaudeat, etiamque excitantia, ob alias quas possident vires, effectui non semper respondeant, ideoque non raro magis noceant, quam profint, in illis eligendis maxima semper opus erit circumspectione. Cautus medicus ante, quam tale remedium eligat, a quo vires excitantes exspectat, in ipsum remedium inquireret, an vires aliae, quae iidem insunt, aegroti conditioni conueniant, et an nonnulla veram debilitatem concomitantia symptomata inde augeantur. Eiusmodi remedium esse debet, ne naturae morbi vel debilitatis causae quasi succurrat. Sic salia volatilia magna cum efficacia excitant in febre putrida sanguinea, quae autem non conducunt, si sudores profusi animaduertuntur. Sic vinum in mulieribus, quarum vires haemorrhagia vteri quam maxime sunt exhaustae, non conuenit, quia sanguinis profluvium auget. — Haud superfluum esse censeo, vires unicuique remedio excitanti proprias exponere. Verum cum excitantium tanta sit copia, tamque diuersa indoles, huius libelli modum

dum excederem, si omnes enarrarem. Liceat mihi itaque in iis subsistere, quae in febribus, imprimis putridis, in usum vocantur.

VALERIANAE MINORIS RADIX.

Valeriana officinalis L., et quidem illa varietas foliis angustioribus, quae locis ficcis montanis provenit, alteri foliis latioribus splendentibus, locis humidis crescenti, quoniam huic viribus longe antecellit, in pharmacopoeis praefertur *x*). Huius plantae radix viribus eximie excitantibus, antispasmodicis et antisepticis *a*) pollet, diaphoresin leniter mouet, nullamque excretionem salutarem cohibet. Valerianae nullam vim adstringentem inesse notat Cel. DRESKY *b*), indeque etiam Ill. COLLIN in putridis obstructioni iunctis morbis hanc aliis antisepticis simul adstringentibus praeferre asserit. Sudores col-

x) Ill. MURRAY apparatus, medicam. Vol. I. p. 180.

a) Vim eius antisepticam Ill. PRINGLI l. c. p. 432. et Cel. DRESKY experimenta confirmant.

b) Diff. de Valeriana officinali in Ill. BALDINGERI sylloge selectior, opusculorum. Vol. III. p. 233.

colliquatiuos, quos alii metuunt, inde ortos se numquam vidisse, sed aegros plurimos leni sudore vniuersali halituofo, aliisque crisibus leuatos ad pristinam sanitatem rediisse affirmat.

In omnibus febribus, si excitantia exhibere volumus, primis viis antea consulendum est, et ob saburram in his stabulantem efficax et indicatum alias remedium non raro in vsum vocare non licet, quia sordium in massam humorum reorptionem promouet. Sed a Valeriana sub iusta indicatione non tam anxie propter colluuiem abstinendum est, cum certe sordibus maxime sit congrua, nullam excretionem impediat, et eius vfu saburra possit eliminari, quod eo securius fiet, cum vires nerueas corroboret. Hanc eius efficaciam in febre biliosa putrida in nosocomio Goettingensi, quod auspiciis virorum experientissimorum Illustris RICHTERI et Celeberrimi STROMEYERI, praeceptorum summe reuerendorum, floret, obseruare mihi contigit. Sale mirabili Glauberi et nitro in initio morbi exhibito, diarrhoea frustranea excitata et eodem hoc remedio per plures dies alita, tanta erat intestinorum irritabilitas et dispositio ad alui secessus, dum

dum aegrotata in nosocomium suscipiebatur, ut quoduis lenissime irritans medicamentum eam augeret. Viribus prostratis, pulsu paruo, frequentissimo et molli, lingua siccissima et parum conspurcata, forditiæ dentium, labiis siccis et atris, oculis lacrymantibus et lemosis, infusum valerianae cum decocto avenae, solutione gummi arabici, fomentationibus, inunctionibus aliisque vehementiam diarrhoeae infragentibus, sed aluum non plane reprimentibus coniunctum, aegrotæ subdeliranti exhibitum fuit, simulque sinapismi brachiis et postea suris superimpositi sunt. Optime haec remedia per plures dies in usum vocata votis responderunt. Diarrhoea imminuta est, pulsus insurrexit, et plenior et aequalior redditus est, aegra ad se rediit, cutis ac lingua madida est facta, vires sunt auctae, et mox pristinae sanitati restituta est, dum sub usu valerianaeordes pro viribus semper subducebantur. —

Praecipuum porro est anthelminticum valeriana, et cum in morbis ex primis viis vermes non raro molestias adaugeant, spasticis affectionibus originem dent, tunc, quando vermes adesse suspi-

cari licet, eo magis adhiberi meretur. In febre putrida, vbi vermes aut per os, aut per aluum egerebantur, mixturae cum cortice peruiano $\mathfrak{z}\mathfrak{ss}$ aut $\mathfrak{z}\mathfrak{j}$ radiceis Valerianae cum successe addidit Ill. QVARIN c). In febribus itaque putridis sanguineis et biliosis, nec non neruosis lentis, si spastica symptomata, tremores artuum, subsultus tendinum, singultus et id genus alia cum viribus prostratis animaduertuntur, valeriana praestantissimos edit effectus. In hoc casu etiam DRESKY d) hanc radicem commendat. Si in febribus putridis pulsus vacillat et vires decrescunt Cel. SELLE e) magni aestimat valerianam. Inter medicamenta calidiora, cordi vtilia, quae sub finem febris petechialis oppressae aegri vires desiderant, radicem valerianae etiam Cl. MEAD f) refert. — Vario modo exhibetur valeriana; aut forma pulueris a $\mathfrak{z}\mathfrak{j}$. ad $\mathfrak{z}\mathfrak{ss}$, vel integram

c) De curandis febribus et inflammationibus commentatio. Viennae. 1781. p. 69.

d) l. c. p. 233.

e) Medicin. clin. p. 24.

f) In monitis et praeceptis medicis, tom. I. p. 33.

gram omni altera aut tertia hora, aut in infuso aquoso ab ℥ss ad ℥j, quod tantummodo aliquoties ebullire oportet, quia coctione diutius protrahita multum de efficacia perdit. Cum haud exiguo fructu etiam cum cortice peruuiano in febre putrida coniuncta propinatur, si hic aut ob debilitatem neruofam, aut spastica symptomata effectum destituitur.

SERPENTARIAE VIRGINIANAE RADIX.

Aristolochia Serpentaria L. a serpentibus, quorum morsus curare dicitur, nomen accepit g). Inter efficacissima certe vires incitantia, antiputredinosa et diaphoresin promouentia serpentariae radix referri meretur. Vim eius eximiam antisepticam Ill. PRINGLI h) experimenta confirmant. — In febre putrida sanguinea, quando magna debilitas cum pulsu paruo et aequali, sudoribus frigidis, facie pallida et collapsa, deliriis tranquillis animaduertitur, insignem habet vsum haec radix, et cortici admixta, ob vim

B §

car-

g) VOGEL historia mater. med. p. 213.

h) l. c. p. 424. 431. 433. 439.

cardiacam volatilem eum multo efficaciorē reddit. Quam diu autem vires vitales vigent, et facie rubra, vultu toruo, oculis minantibus, deliriis ferocibus pulsus durus et plenus est, eam ob vim calefacientem et circulum sanguinis vividiorē reddentem, exhibere non licet. Sic etiam nocet, si nimiae excretiones, imprimis sudor profusus et haemorrhagia colliquatiua vrgent. Vis enim adstringens fere nulla, testante PRINGLIO *i*), illi inest. In febre carcerum, simulac pulsus decrefcebat, et vrina pallida fiebat, ad vim vitae sustentandam, vtilem illam invenit. Cum cortice etiam serpentariam coniunctam dedit *k*). *In febre putrida maligna, tertio stadio, quando stupor insignis pulsusque nimis debilis sentitur, delirium instat et petechiae apparent, serpentariam vi vitali prospicere*, Ill. MURRAY *l*), praeceptor summe colendus, affirmat. —

In febre biliosa putrida tunc modo, si fordes primarum viarum putridae ad massam humorum delatae, putridam in illa induxerunt dissolutionem, et vires vitales iam sunt magnopere

xe-

i) l. c. p. 443.

k) Id. ibid. p. 368. 370.

l) l. c. vol. I. p. 349.

exhaustae, cum vſu propinari poteſt. Praeſtans erit miſcela eius cum cortice peruuiano. In hac febre gangraenae eam praeuertere et pulſum febremque neceſſariam concitare annotat Ill. MURRAY *m*). — Viribus fractis in febre neruoſa lenta non parum emolumenti a ſerpentaria expeſtari poteſt. — Propinatur haec radix aut forma pulueris a ſcrupulo dimidio ad vnum, aut ad drachmam vnam, aut in infuſo aquoſo ad ℥ſſi ſi ſola exhibetur, cum cortice iuncta plerumque ℥j radice ℥j. corticis ſub finem coctio- nis adduntur, quia aequae ac Valeriana coctio- nem protractam non patitur.

CONTRAYERVAE RADIX.

Dorſtenia Contrayerua L. iisdem fere vi- ribus ac ſerpentaria gaudet contrayeruae radix. Inter excitantia calidiora referri meretur. Pu- tredini efficaciter eam reſiſtere, ex PRINGLI *n*) experimentis conſtat. — Diaphoreſin et vrinam mouet, roborat et incitat vires, et ſub iis- dem indicationibus in febris putridis ex- hiberi poteſt, ac ſerpentaria. Si excretionis colliquatiuae vrgentia ſunt ſymptomata, ob vim cale-

m) Ibid.

n) l. c. p. 432.

calefacientem easque augentem, nocet. In eiusmodi febre, nec non lenta nervosa pulverem contrayeruae compositum magni facit Ill. HVX-HAM o). Contrayeruae radix aut forma pulveris a $\mathfrak{Dj}$ ad $\mathfrak{3\mathfrak{ss}}$ omni trihorio exhibetur, aut $\mathfrak{3j}$ decocto corticis sub finem coctionis adduntur.

ARNICAE FLORES.

Arnica montana L. Varietas foliis angustioribus vi superior est illa foliis latioribus p). Eorum efficacia in discutiendis et resoluendis sanguinis effusionibus et stagnationibus iam diu magni aestimata fuit, et ab Ill. QVARIN etiam in pleuritide et peripneumonia a vi externa arnica commendatur q). Externe et interne illam adhibet. Imprimis autem experimenta Illustrum virorum COLLIN et STOLL, ad insignem arnicae usum magis declarandum, multum attulerunt. Vires florum antiparalyticas, antispasmodicas et contra amaurosin potentes Ill. COLLINI observationes confirmant r). Vires resolu-

ven-

o) l. c. tom. II. p. 86.

p) MURRAY l. c. vol. I. p. 157.

q) l. c. p. 277.

r) Florum arnicae vires, siue Observat. med. tom. IV.

ventes, mouentes, vascula corticis cerebri obstructa deobstruentes, illaque spirituum nervosorum secretioni idonea reddentes, illis adscribit, eosque vires roborantes in corpore exferere affirmat s). Tetanum, tremores, ab acrisensorium commune vel nervos a cerebro iam remotos vellicante, et inordinatum in nervos spirituum influxum caussante, ortos, hisce floribus feliciter curavit t). — Ad efficacissima sane aperientia, resoluentia et excitantia antispasmodica flores arnicae numerandi sunt; et si in febre putrida sanguinea nulla adest inflammatoria diathesis, sed vires sunt prostratae, pulsus tardus, mollis et aequalis est, summo cum fructu exhiberi possunt. De efficacia florum arnicae in febribus putridis multa refert exempla Ill. COLLIN u). In febribus autem biliosis putridis, quam diu sordes in primis viis haerent ante has non purgatas, illos propinare non licet, nisi quando summa iam virium prostratio et dissolutio humorum putrida, in ultimo morbi stadio,

s) Id. ibid. p. 126.

t) Id. ibid. p. 127.

u) Heilkraefte des Wolverley in Fiebern und andern faulen Krankheiten, übersetzt von J. J. KAUSCH p. 87. sqq.

dio, efficacissima sibi vindicat incitantia; fordes enim non solum non euacuat Arnica, sed continet in corpore, earumque resorptionem in massam humorum promouet. Nulla praesente inflammatione, et purgatis primis viis Ill. STOLL v) decoctum florum arnicae propinauit in febribus putridis, si pulsus fere naturalis et aeger nihilominus debilissimus et praeprimis stupidus, tardus, somnolentus erat, grauius audiebat et subdelirabat.

Molestiam in epigastrio, subinde etiam in hypochondriis dum primis vicibus sumunt aegri hoc medicamentum, raro autem vomitum excitare, notat COLLIN x). Vomitiones ab assumpto decocto arnicae oriri, obseruauit etiam STOLL y). Has vomitiones autem tantum abest, ut noxias viderit, ut potius salutare animaduernerit. — Dosis, quae exhibetur, pro constitutione corporis aegroti et febris vehementia diuersa est. Qui sopore, aut sensuum tarditate et stupore tentabantur, secundum STOLLII obseruationes largissimas doses ferebant. Plerumque $\mathfrak{z}\mathfrak{ss}$, non raro $\mathfrak{z}\mathfrak{j}$, rarius autem $\mathfrak{z}\mathfrak{j}\mathfrak{ss}$. florum
rum

v) l. c. tom. 3. p. 159.

x) obseruat. tom. IV. p. 131.

y) l. c. tom. 3. p. 162.

rum Arnicae in sufficiente aquae quantitate coquendas curat, vt decoctum librarum duarum paretur. Inde omni secunda hora aeger vasculum huius decocti hausit *a)*. Ill. COLLIN $\mathfrak{zj}$ ad $\mathfrak{zj}$ cum aquae feruidae libra vna ad duo vase clauso infundit, et colaturam vnus diei spatio absumendam exhibet *b)*. — Cel. SPIELMANN *c)* in delicatioribus herbam potius, quam flores, in vsum ducere suadet, ob nauseas et cardialgias inde excitatas. — Ad molestias leniendas aut impediendas inuoluentia, demulcentia, paregorica, quae repentinam medicamento in nervos ventriculi, et vicinorum viscerum actionem in subiectis valde mobilibus impediunt admiscet COLLIN. Frequenter etiam STOLL carminatiua addidit. Addita maci aut liquoris mineralis HOFFM. aliquot guttis DRESKY molestias sedatas vidit *d)*.

ARNICAE RADIX.

Radix Arnicae imbecilior floribus. Ob vim autem antisepticam et roborantem et excitant-

a) Id. ibid. p. 163.

b) obseruat. tom. IV. p. 171.

c) Institut. mater. med. p. 554.

d) l. c. p. 234.

tantem magni illam facit Ill. STOLL, et diarrhoeas maligne febrientium diuturnas, quaeue vires conuellunt, hac radice prae quouis alio medicamento fortunate se compressisse, affirmat *e*). Non raro in decursu febris putridae sanguineae diarrhoea oritur, quae si nimia et symptomatica aut colliquatiua est, si vires prostermit, et pulsum paruum et debilem reddit, sisti debet; et si inuoluentia leniora scopo haud respondent, inter alia adstringentia radix arnicae a granis quindecim ad scrupulum vnum aut drachmam dimidium exhibita, efficax erit remedium. Diarrhoea autem interdum a sordibus non eliminatis, quae etiam in febre putrida sanguinea ad primas vias deferuntur, oritur, et tunc adstringentia incaute propinata non parum habent detrimenti. Melius semper erit inuoluentibus et colluuiem corrigentibus vehementiam diarrhoeae infringere, quam statim radice Arnicae aluum reprimere, nisi alui secessus creberrimi et vires vitae exhaurientes adstringentia postulant. Sic etiam diarrhoea, febri biliosae putridae superueniens, quam diu noxiae materiae euacuantur, et signa colluuii primarum viarum vitiosae perdurant,

ra-

e) rat. med. tom. I. p. 122.

radicis arnicae vsum non admittit, nisi nimia et frustranea sit. Nimis cito enim exhibita, ob vim calefacientem et adstringentem febrem auget, sordes continet, anxietatem parit, meteorismum excitat, et plura alia inducit mala. Sordibus autem educatis insignem habet vsum. Ill. STOLE etiam in illo pernicioso alui fluxu, qui febres malignas comitatur, et excussa saburra ob atoniam intestinorum permanet, radicem arnicae cuicunque alteri remedio praefert *f*). In cura febris biliosae praemissis resolventibus et peracta emesi, vbi fusior aluus et virium deiectiono aegrum affligerent, pulueris radicis arnicae ʒʒ aut ʒj omni quarta, vel et omni altera hora dedit. *g*). — Ad excitandas etiam vires vitales, si his consulendum erat, in febribus biliosis arnicae radicis infuso vsus est *h*). Si in febre putrida sanguinea et biliosa viribus vitae et diarrhoeae prospiciendum est, radix arnicae vel sola, vel cum aliis coindicatis coniuncta cum insigni fructu exhiberi

f) l. c. tom. 2. p. 422.

g) Id. l. c. tom. 2. p. 200.

h) Id. ibid. p. 202. 306.

hiberi potest. — In hoc casu Ill. COLLIN *) quam maxime hoc medicamentum commendat, et plurimis exemplis efficaciam eius confirmat. Interdum vomitum mouet radix, et praecipue in initio. Exhibito hoc remedio in dysenteria vomitum vehementissimum, dolores colicos et sudores frigidos deliquium animi inducentes, Ill. FRITZE obseruauit i).

CAMP HORA.

Camphora per os sumpta humores tenaces resoluit, eorum circulationem celeriores reddit, transpirationem promouet, sudorem elicit, putredinem coercet k), et vires vitales excitat. Vbi itaque, aut ob debilitatem neruofam, aut ob putredinem circulatio humorum languet, camphora bene vtimur; numquam autem praesente diathesi phlogistica, aut colluie in primis viis stabulante, nec corpori nimis sicco et rigido conuenit. Ob summam suam penetrantem et sanguinem spissum attenuantem vim, ad discutiendas stases inflammatorias adhibetur quidem, sed

*) Heilkräfte des Wulverley in Fiebern. p. 178.

i) Medizinische Annalen. p. 1. p. 97.

k) PRINGLE l. c. p. 403. 423.

fed semper poſt rite inſtitutas venaeſectiones, Si his orgaſmus ſanguinis plane fere ſublatus, pulſusque mollis et paruus redditus fuit, et nulla ad V. S. indicatio ſupereſt, ſtaſis autem phlogiſtica non tollitur, tunc camphora ſola, aut pro ratione cum nitro aliisque temperantibus iuncta, aut forma aceti camphorati, vtiliſſimum erit remedium. Diatheſi vero ſanguinis phlogiſtica nondum fracta, nec primis viis ab omni colluie bene purgatis, febrem incitat camphora, anxietatem auget, reſpirationem difficiliorem reddit, et non raro deliriis anſam praeſebet. Numquam conueuire camphoram, ſi ſordes in primis viis haerent, aſſerit Cel. VOGEL *n*). Vis refrigerans illi certe non ineſt, et ſi calor in febribus putridis uſu camphorae minuitur, hoc a vi ſua antiſeptica pendet, quae dum putredinem coercet, etiam effectum, calorem mordacem tollere debet. In febre putrida ſanguinea tunc prodeſt, ſi torpor ſolidorum, vires vitae maximo-pere proſtratae, motus humorum lentus, naturalis fere, pulſus paruus et mollis animaduerti-tur, ac ſi aeger aut ſtupore, aut ſopore premi-

C 2

tur,

1) Handbuch der practiſchen Arzneywiffenſchaft.
tom. I. p. 410.

tur, aut tranquille delirat et cutis sicca est, ideoque validus requiritur stimulus ad neruorum systema incitandum; nam non solum vires potenter excitat, sed etiam transpirationem cutaneam promouendo noxias materias neruos irritantes e corpore eliminat, et sic spasmos soluit, aut illis praeuenit. An autem omnes has vires exere-
 rere posset camphora, si ad refrigerantia, quae vim neruorum in actiones vitales minuunt, referri deberet? Camphoram non refrigerare, probat obseruatio Ill. QVARINI *m*), qui ait: *se vidisse in multis, quibus camphora maiori dosi exhibita fuit, pulsum celerrimum, faciem ruberrimam, oculos toruos, inflammatos, conuulsiones et phrenitidem lethalem.* Numquam vltra decem, quindecim, ad summum viginti grana nyctemero praescripsit. Si autem vires calefacientes et stimulantibus illi insunt, etiam patet, eam, si ob nimiam sanguinis dissolutionem excretiones colliquatiuae animaduertuntur, exhibendam non esse. RIVERIUS camphoram in febribus malignis vtiliter dedit *n*). *Si in febre putrida pul-*
sus

m) l. c. p. 72.

n) obseruat. cent. I. obseru. 24. 29. cent. II. obseru. 18. 62. 64. 73.

fus parvus, mollis, debilis et aequalis est, cum sudoribus frigidis, voce debili, facie pallida et collapsa, deliriis tranquillis, sopore, et si ad pedes delabatur aeger, camphoram cel. VOGEL o) commendat. Simulac autem durities et celeritas pulsuum increfcit, facies rubescit, oculi torui fiunt, camphoram statim seponit, persuasus, eam sanguinem versus caput congerere, circulationemque magnopere augere. — In febre biliosa putrida, purgatis primis viis, camphorata ad diaphoresin promouendam conducunt. Eadem ex ratione, in febribus putridis petechialibus optime camphoram conuenire, existimat HVXHAM p). Quamdiu autem vires vitae vigent, et colluies vitiosa in canali intestinorum haeret, in aegroti detrimentum adhibetur. In febribus etiam nervosis lentis, excussa saburra, camphora vt cardiacum volatile, antispasmodicum, resoluens et diaphoreticum commendatur, lenis enim cutis maior eiusmodi aegrotis optime conuenit. — Camphora aut forma pulueris cum saccharo aut liquore minerali anodyno Hoffmanni trita sumitur, aut aliis remediis congruis admiscitur, aut forma

C 3

emul-

o) Handbuch p. 407.

p) l. c. tom. II. p. 116.

emulsi exhibetur. Quia stomacho displicet, eam cum aceto vini calido intimius miscere suadet HVXHAM *q*), tunc enim facilius perfertur. Dosis consistit granis duobus ad quinque, raro scrupulo dimidio vel integro, nisi in ultimo febris putridae stadio.

V I N V M.

Optimis sane analeptics, excitantibus et antiseptics medicaminibus adnumerari vinum meretur. Grato suo stimulo in fibras partium nervosarum agens, earum contractionem auget, sanguinis circuitum promouet, diaphoresin promouet, omnesque vniuersi corporis functiones instaurat. Ab omnibus etiam auctoribus quam maxime in febribus putridis, dum vires languescunt, commendatur. *Vinum*, inquit Ill. van SWIETEN *r*) *grato et naturae amico stimulo languentes vires excitat, et motum nimis languidum auget. — Vinum calorem nostrum fouere, cor maxime roborare, spiritus augere, vires reficere, concoctiones iuuare, pituitam attenuare, bilem per urinas expurgare, omniumque excrementorum expulsionem promouere*, ait RIVERIUS *s*). Quin vinum
ge-

r) l. c. tom. II. p. 160.

s) Institut. med. libr. IV. cap. 24. oper. p. 114.

*generosum rubrum, ut praestantissimum a natura datum cardiacum subadstringens, et quo arte vix melius quidquam parari possit, commendet, facere se non posse, affirmat Ill. HUXHAM t). TISSOT *) etiam ait: Se praestantius et iucundius cardiacum, simul antisepticum et diluens, quam vinum, non nosse. — In initio febris putridae, si vires vitales vigent, et reactio solidorum magna est, vinum locum habere non posse, quisque intelligit. Qui voce incitata, vultu toruo, subsultibus tendinum, aut actionibus vehementibus delirant, nec remedia calida, nec vinum, nec alia cardiaca ferre posse, notat Ill. PRINGLE u). Pulsu autem paruo et molli, facie pallida, calore inaequali si delirat aeger, tunc vinum optimum erit cardiacum, imprimis cum aegroti in hoc morbi stadio maxima cupiditate vinum gustare gestiunt. Vinum in initio febris haud conuenire, iam GALENVS x) notauit, inquit: *a vino antequam morbus concoquat, omnino abstinendum, et ubi concoqui coeperit, dandum esse tenue, aquosum et paucum vinum, ubi vero prope**

C 4

sit,

t) l. c. tom II. p. 119.

*) l. c. p. 77.

u) l. c. p. 348.

x) De ratione medendi ad Glauconem libr. I. cap.

IX. Charter. tom. VI. p. 377.

fit, ut morbus solvatur, amplius esse offerendum.
 Incipiente febre, si inflammatoria diathesis adest, vinum noxium esse, affirmat WITHERS *y*). In febre autem a contagio, aut putridis effluviis animalium orta, et absque topica inflammatione, si aeger tristis et anxius est, si pallet et moeret, si pulsus parvus, frequens et inaequalis est, iam in initio morbi absque noxa vinum exhiberi posse, asserit. Si pulsus parvus et mollis, facies pallida et delirium tranquillum maximam virium prostrationem indicant, Cel. de MERTENS *z*) vinum exhibet. In eodem hoc casu Ill. QUARRIN *a*) vinum rhenanum aut austriacum ad uncias duas, tres mixturae cum cortice addere suadet. — In febre biliosa putrida haud conuenit vinum, sanguinis circulationem enim augendo, et diaphoresin pellendo, resorptionem materiei putridae promouet. Reiectis autem sordibus, si debilitas magna est, ad refocillandas vires vtiliter adhibetur. Haemorrhagia vero urgente nocet. In febribus lentis neruosis, si vires incitan-

dae,

y) Bemerkungen über die Fehler beim Gebrauch der Arzneymittel p. 226.

z) Beobachtungen der faulen Fieber und der Pest p. 33.

a) l. c. p. 67.

dae sunt, principem fere obtinet locum. Campanicum vinum, Burgundicum, Lusitanicum, (Portwein) et rhenanum vetustum partium spirituosarum maiori copia vigent, et imprimis itaque propinantur. Aqua dilutum, aut vna potui ordinario immixtum exhibetur. Si post eius usum pacatius deliret aeger, si pulsu magis insurgente exhilaretur, eius usus continuari et dosis augeri potest.

SALIA VOLATILIA ALCALINA.

Haecce salia, aut ex sale ammoniaco, aut ex cornu cerui, aut ex ossibus, aut ex quoque alio corpore sublimationeeducta, inter se minime differunt, si modo ab oleo empirumatico illis adhaerente bene depurentur. Salia volatilia alcalina vi calefaciente, solida ad alacriorem actionem irritante et diaphoresin augente gaudent, etiamque in nervos agunt, eorumque actionem in functiones animales et vitales promouendo vires languentes potenter excitant. Hanc illorum vim etiam BOERHAAVIVS *b)* agnoscit, eaque in torpore languido nervosi generis optime convenire et praestantissima efficere, affirmat; sed in putridis humoribus

b) Element. chemiae tom. II. p. 369.

pro peffimis venenis illa habet, quia humores in faniofam tenuitatem refoluere credit. Plerumque quidem in morbis frigidis, ferofis et pituitofis, in quibus humorum lymphaticorum et pituitoforum nimia quantitas et languor circulationis animaduertitur, illa falia adhibentur; fed cum ex III. PRINGLI *c)* experimentis conftet, illa putredinem magis coercere, quam promovere, cum infigni vfu in febribus putridis fanguineis, fi vires vitae languent, faluis contraindicationibus exhiberi poffunt. Salia vrinofa putredini validiffime refiftere, affirmat etiam Cel, VOGEL *d)*. — Eorum vfus in febre putrida fanguinea tunc praeprimis locum habet, fi debilitas fumma vrget cum pulfu inaequali vel intermittente, et refolutio humorum putrida non tanta eft, vt excretiones colliquatuae animadvertantur; nam ob vim calefacientem et diaphoreticam has augerent. Quando arnicae flores conueniunt; etiam haec falia exhiberi poffunt. In febris initio, et fi fordes in primis viis haerent, non conducunt; ideoque etiam in febre biliofa putrida, nifi iam debilitas magna cum torpore folidorum et languore circulationis obfer-

va-

c) l. c. p. 418-421. 439.

d) Hiftor. mater. med. p. 7.

vatur, ea in detrimentum aegri propinari, patet. Ad contagium susceptum, sub primis febris carcerum initiis, e corpore iterum eliminandum, praemisso emetico sal cornu cerui, in connubio cum theriaca et sero lactis cum aceto parato Ill. PRINGLE *e)* commendat. In febris progressu tunc, ubi ob magnam debilitatem viribus vitae erat consulendum, idem sal exhibuit *f)*. Salia volatilia in febribus putridis contagiosis, ubi excitantia adplicanda, atque simul sudores promouendi sunt, eximio cum fructu adhiberi posse Cel. SELLE *g)* affirmat, et praecipue in iis, quae magis ad nervosarum genus vergunt, et ubi nimia humorum dissolutio non ita facile timenda est. — In febribus etiam nervosis lentis ad diaphoresin lenem seruandam, salia alcalina volatilina vel sola, vel cum acido saturata, et in ultimo febris stadio ad incitandas vires haud parvam praestant utilitatem. — Haecce salia aut forma pulveris a granis duobus ad decem quaque, aut omni tertia hora propinan-

e) l. c. p. 361.

f) Ibid. p. 271.

g) Rudimenta pyretologiae methodicae. Berolini 1786. p. 188.

nantur, aut decocto florum arnicae, aut corticis peruiani cum radice serpentariae admifcentur.

SPIRITVS ALCALINI.

Spiritus falis ammoniaci, et Spiritus cornu cerui cum fale fuccini faturatus, liquor cornu cerui fuccinatus fic dictus, haud exiguis viribus et excitantibus et antifpafmodicis pollent, fanguinis circulum augent, calorem incitant et diaphorefin promouent. Vt falia volatilia alcalina exhibentur, imprimis fi laxis folidis irritabilitas imminuta, aut multum fpaflici et neruofi accedit, et diffolutio humorum nimia timenda non eft. In rigiditate et ficcitate folidorum, vt in diathefi phlogiftica et colluie in primis viis latente, non conueniunt. Iis, qui pulfum tremulum, inaequalem, intermittentem fed mollem habebant in febre putrida cum neruofis affectionibus, fpiritum cornu cerui cum effentia caftorei magni opis fuiſſe, notat QVARIN *h*). Vires fpiritus cornu cerui fuccinati incitantes magnas etiam vidit Cel. SARCONE *i*); fed cum aliis aromatibus et excitant-

h) l. c. p. 69.

i) Geſchichte der Krankheiten in Neapel tom. 2. p. 63.

tantibus eum in vsum vocavit. — Spiritus alcalini semper diluti a guttis quinque ad quindecim aut triginta exhibentur. Liquor cornu cerui succinatus a guttis triginta ad quadraginta in infuso theaeformi propinatur.

SPIRITVS MINDERERI.

Sal alcali volatile cum aceto saturatum constituit spiritum Mindereri. Vt lene cardiacum vires neruorum instaurat, solidas partes irritat, circulationem humorum promouet, spasmos soluit, vrinam et sudorem pellit, putredini aduersatur, nec calorem auget. Iam sub finem stadii primi, si natura sudore crisin molitur, ad hanc promouendam in febre putrida vtiliter porrigitur. In febribus biliosis putridis ille, excretionem sordium haud impediens, cum fructu exhibetur, si spastici multum adest. Triginta ad sexaginta guttae et interdum ℥j ad ℥ss, si necessitas vrget, pro dosi propinantur.

MOSCHVS.

Optimus moschus est Tunquinenfis, ordine bonitatis succedit Bengalensis, tunc Moscovi-
ti

ticus *k*). Probatur moschus eo, quod ferro candenti impositus flammam capiat et vix non totus consumatur *l*). — Moschus imprimis in systema nervosum agit, incitat nimirum vim vitae, spasmos potenter soluit, excretiones liberiores reddit, calorem nimium non inducit, nec putredinem promouet. *Mirum sane vim habet moschus per cutem expellendi*, ait Ill. HVXHAM *m*) *nec tamen interea calefacit nimium*. — In debilitate itaque nervosa, cum languore solidorum coniuncta, insigne habet emolumentum.

Si in febre putrida sanguinea vires sunt prostratae, si pulsus est paruus, tremulus et spastice constrictus, cutis est sicca, vrina pallida et subsultus tendinum aliaque spastica symptomata animaduertuntur, moschus, magna dosi exhibitus, non parum proficiet. Sub iisdem his conditionibus etiam Cel. de MERTENS moschum a granis sex ad decem ter aut quater de die cum emolumento in usum vocavit *n*). Eiusdem mentis est Cel. VOGEL, qui moschum eadem

k) CRANTZ Materia med. et chirurg. tom. I. p. 153.

l) SPIELMANN instit. mater. med. p. 306.

m) l. c. tom. I. p. 306.

n) l. c. p. 20.

dem dosi omni bihorio aut trihorio forma iulapii cum li quore min. anod. HOFFM. exhibet o). *Si tremores, subsultus tendinum, conuulsiones observantur et pulsus leuiter durus est, moschus solus leuamen fert; hic enim quin stimulum augeat vel permanentem faciat, neruis amicus est p).*

In febribus gastricis et biliosis putridis, vbi spastica symptomata vrgent, viresque prostratae sunt, vtiliter adhibetur, si etiam sordes in canali intestinorum haerent, quae ob vehementiam conuulsionum, aut ob vires exhaustas non statim expelli possunt, nam nec calorem, nec febrem nimium auget, nec resorptionem putridi fomitis promouet. In affectionibus conuulsiuis a materia corrupta in massa humorum latente, etiamque in conuulsionibus a materia putrida in primis viis haerente, ortis, optimo cum fructu Cel. SARCONE q) moschum exhibuit, et quietem placidam excepit somnus quietus, pulsus increvit, aequalis, calidus, non raro foetens sudor erupit, lotium absque iocommodo missum est, et alui secessibus sordes putridae eiectae sunt.

Con-

o) Handbuch tom. I. p. 407.

p) Quarin l. c. p. 70.

q) l. c. tom. II, p. 62, sqq.

Conuulfiones et fingultus in febribus biliosis putridis moscho a granis sex ad decem omni trihorio exhibito Ill. FRITZE *) consopiuuit.

In febre lenta neruosa, si spasticis affectionibus excrucietur aeger, moschus omnibus aliis fere palmam praeripit. Cum successu in hac febre illo usus est HVXHAM r).

Dosis pro aetate aegroti et symptomatum vehementia diuersa est; in iunioribus a grano vno ad quinque, in aetate provecioribus ad scrupulum dimidium, et si necessitas vrget, maior etiam dosis aliquando exhibetur. Ill. PRINGLE s) in febre carcerum ad grana XXV pro dosi moschum cum fructu propinauit, et Cel. SARCONE t) interdum drachmam dimidiam bis vel ter de die dedit.

Moschus aut forma pulueris cum saccharo tritus, aut iulapii porrigitur. Impedita deglutitione etiam forma clysmatis applicari potest. —

Liceat mihi hic vires moschi excitantes et antispasmodicas haud insignes meo ipsius exemplo

*) Medizinische Annalen pag. 179.

r) l. c. tom. II. p. 86.

s) l. c. p. 367.

t) l. c. tom. III. p. 71.

plo probare. Optima sanitate fruens sub finem anni elapsi grauiſſimus morbus me inuaſit, quocum diu luſtatus, demum ope viri experientiſſimi STROMEYER, praeceptoris ad cineres uſque pie colendi — cui praeter fruſtus, quos ex eius doctrina atque experientia percepi, vitam me quoque debere, lubenter fateor — priſtinam valetudinem recuperaui. — Cephalalgia acutiſſima febris bilioſo-putrida petechialis initium cepit, et mox, omnibus alias efficaciſſimis remediis fruſtra adhibitis, ita increuit, ut in ſummo vitae diſcrimine verſarer. Pulſus erat celer, parvus, tremulus, mire vacillans, calor vrens, lingua nigra, ſicca, tumida, fiſſa et tremula, dentes et labia ſorditie atra obducta, facies pallida et collapſa, oculi lacrymantes, et petechiae denſiſſime corpus obſidebant. Deliriis continuis tranquillis mens perturbata eſt, et ſubſultus tendinum, tremores artuum, riſus ſardonius, flocculorum collectio et gangraena ab intertrigine orta mortem fere inſtantiſſimam portenderunt. Moſchus autem nunc propinatus, vna cum fomentationibus tepidis abdomini applicatis, omnia illa ſpaſtica ſymptomata ſedauit, et infuſum Valerianae ſaturatiſſe exhibuit, ſinapiſmi ſuris ſuper-

impositi et serum lactis tamarindinum copiosissime haustum, omnia emendarunt. Pulsus increuit, sensus rediit, deliria cessarunt, et, postea sordibus pro virium modo subductis, continuus corticis peruiani vsus vires exhaustas demum restituit,

F R I G V S.

Frigus et roborando et excitando in corpus agens irritabilitatem auget, solida constringit et roborat, fluida inspissat, pulsum pleniorum et celeriorum reddit, neruosque irritando vitae vires excitat, omnesque corporis functiones promouet. In febribus putridis frigus vario modo corpori applicatum insigni est vsui, et in illarum curatione non solum aërem purum, a putridis effluuiis non inquinatum, siccum, frigidiorum aegrum inspirare necesse est, sed etiam ad compescendam putredinem et vires vitae incitandas maior frigoris modus conducit. Si in eiusmodi febribus vires exhaustae et excretiones colliquatiuae animaduertuntur, frigore summo cum fructu vtimur, quia motum humorum intestinum indeque ortam putredinem coercet, calorem minuit, corpus roborat et vim vitae incitat,

citat. De saluberrimo aeris frigidi usu plura Cel.
 LETTSOM *u)* refert exempla. Vt a lecto aegri
 abstinere et in sedili federent semper curavit,
 et si aëri libero exponi non poterant, aperiri fe-
 nestras et portas iussit, ut vndique aere puro cir-
 cumdarentur. Si ingens aderat debilitas et su-
 dor profusus, si lingua et dentes sorditie atra-
 erant obducti, si oculi vitrei, si aeger mutus et
 surdus erat, si continuo delirabat, si petechiis
 oblitum erat corpus, si lotium mittebatur et al-
 vus deponebatur in scio aegro, sub dio aliquod
 tempus versari eos praecipit, et paullo post vires
 sunt auctae, febris imminuta, pulsus tardior et ple-
 nior redditus est, somnus et appetitus rediit. Hoc
 remedio vna cum cortice exhibito et potu apto
 multos sanavit. Pristinæ sanitati ii celerius re-
 stituti sunt, qui sub dio commorantur, quam
 qui aere per fenestras immisso fruebantur. Non
 solum autem aeris frigidioris liber accessus ad
 corpus, sed etiam fomenta frigida et enemata
 commendantur. Fomentatio cum aqua, niue,
 aut glacie facta, imprimis partibus sensibilibus
 subito applicata, inter praecipua excitantia referri

D 3

mere-

u) Medicinische Nachrichten von dem allgemeinen
 Dispensatorio in London. Altenburg 1777.

meretur. — Pulsu subsidente et morte fere instante in febre maligna, se aquam frigidam abdomini, scroto, pectori, manibus et pedibus applicuisse, et tecto dein siccatoque corpore analeptica cum emolumento prae buisse, refert Cel. THEDEN *x*). Ad haemorrhagias subortas sistendas fomenta frigida ad locum, ex quo sanguis erumpit, magno cum fructu adhibentur, non minus etiam ad meteorismum tollendum, quem TISSOT *y*) linteis quadruplicatis aqua fontana frigidiori madidis toti abdomini impositis intra bihorium fugavit. Clysmata frigida etiam huic scopo respondent.

Priusquam autem aqua ad excitandum applicetur, semper inquirendum est, an natura sudore aut diarrhoea crisin moliatur, quam hoc remedio reprimere perniciosum esset. — Quam diu etiam vis vitae viget, et irritabilitas aucta est, et solida rigida et stricta sunt, hac methodo uti non licet. —

VESICATORIVM.

Vesicatorium cuti impositum, non solum nervorum papillulas irritat, sed etiam irritabilitatem

x) Neue Bemerkungen und Erfahrungen, tom. I.
p. 134.

y) De febre biliosa p. 117.

tatem solidorum auget, illorumque actionem vividiores reddit, circulationem humorum promouet, et diutius impositum sua irritatione maiorem humorum copiam allicit, quae cuticulam in vesicam attollit, peruerseque adhibitum specificè in viscera secretioni urinae inferuentia agit et plura mictus vitia inducit. Inter effectus applicatorum vesicantium sitim summam refert BAGLIV 2) — Causae, cur vesicatoriis utimur, possunt esse variae, indeque etiam in multis morbis adhibentur. Ex effectu, quem exerunt vesicantia, iam elucet, illa, si irritabilitas, elasticitas et sensibilitas iam aucta est, si aeger nimia sanguinis copia laborat, si turgescencia phlogistica, conspicitur, si acrimonia in corpore latet, quam euacuare nequeunt, veluti colluies vitiosa primarum viarum, non solum locum habere non posse, sed etiam in aegroti detrimentum applicari. —

Cum eximio autem fructu in febribus putridis sanguineis et nervosis lentis, si vitae viribus prostratis, sensibilitate imminuta, pulsu paruo tardo et molli, excretionibus suppressis, extremisque frigidis aeger sensu priuatus iacet, torpore

D 3

pre-

2) Dissertatio de usu et abusu vesicantium, Oper.
p. 651

premitur et haemorrhagiae non adsunt, adhibentur. In aegris soporosis cum pulsu debili, paruo, intermittente, inaequali, tremoribus, oculis caliginosis, deliriis obscuris, vesicantia felicius in usum vocari, quam sinapismi, cum tunc malum magis in nervis et liquido nerveo, quam in massa sanguinis haerere videatur, existimat *QVARRIN a)*. Putredinem quidem non coercent vesicatoria, et ad illam corrigendam etiam non applicantur, sed ob stimulum validum, quem torpor solidorum et languor circulationis poscit, imponuntur, ut alia antiseptica medicamina efficaciora reddantur. Afficit enim vesicatorium totum nervorum et vasorum systema, pulsum pleniorum reddit et calorem auget. Vesicantia ait *STOLL b)* *torpidam languentis vitae vim concitare, atque id facere artubus adplicata, quod cardiaca ore assumpta.* — Ad vim eorum irritantem promouendam, emplastra lata partibus sensibilibus imponuntur. Simulac autem dolor vrens oritur, amoueri debent, ne epidermis in vesicam exsurgat; effluxus enim humorum non solum non prodest, quia acrimoniam putridam euacuare nequit, sed etiam nocet, quia aeger in

a) l. c. p. 68.

b) l. c. tom. I. p. 18.

in statu summae debilitatis ne minimam humorum euacuationem absque damno perferre potest. Si tamen cuticula in vesicam attollitur, statim post eius dissectionem decoctum corticis peruiani cum aqua vegeto-minerali Goulardi imponi, est necesse; alias enim facillime vlcera periculosa inde formantur, aut gangraena accedit. Vesicatoria interdum gangraenam induxisse, plura ab auctoribus obseruata exempla probant c). Si vnum vesicatorium non sufficit, plura repetitis vicibus, sed semper alio loco imponi possunt. Idem suadet Ill. QVARIN d), dicens: *dum vesicantia indicantur, conuenire plura et repetitis vicibus apponere, quam ea aut nimis diu relinquere, aut maiori cantharidum copia nimis acria reddere, scilicet dolores, stranguriae et pessimae exulcerationes euitari.* — Si subito excitare velis, etiam tinctura cantharidum externe parti cuidam applicata efficax erit remedium.

Dum applicantur vesicatoria, non incongruum erit aegro potus mucilaginosos aut emulsiones propinare, vt nil detrimenti ex illis capiat. Bene monet Ill. HVXHAM e) multis dilu-

D 4

en-

c) TRALLES, vsus vesicantium salubris et noxius in morborum medela. p. 71.

d) l. c. p. 68. e) l. c. tom. I, p. 56., tom. II. p. 116.

entibus vtendum esse, vbi vesicatoria iterum atque iterum applicantur. — Ne denique cantharides effectus noxios in viscera vropoetica exferant, camphora illis admiscitur. — Magnam vesicantium vim in erigendis viribus multi probant auctores, omnesque illa viribus exhaustis demum applicant. In febribus malignis RIVERIUS vesicatoria maxime commendat *f*). In febribus, inquit BAGLIV, quae exilissimo pulsu, extremitatibus frigidis, anxietate, ad morbos soporosos propensione, stipantur, dictu esse incredibile, quam proficuos effectus afferant vesicatoria *g*). Quando solida torpent, circulatio languescit, spiritus sunt effoeti et comate corripitur aeger, tunc vesicatoria esse applicanda, et utilitatem eximiam praestare, affirmat HUXHAM *h*). Ill. STOLL *i*) etiam puellam vidit in febre maligna pulsu evanescente per duos fere dies iacentem, at placide respirantem, quae vesicantibus et magnis dosibus camphorae sanata est; iuuenem etiam morti propinquantem vinosis, vesicantibus, camphora et angelica ad sanitatem rediisse, refert *k*). Solum torporem vesicantia indicare posse, ait

III.

f) Prax. med. libr. XVII. cap. I. oper. p. 455.

g) l. c. oper. 655.

i) l. c. tom. III. p. 89.

h) l. c. tom. II. p. 115.

k) Ibid. p. 90.

III. TRALLES *l*) et eapropter emolumentum adferre in malignis febribus, quod pulsum incitent, vt, viribus vitalibus sic incrementibus, secretiones et excretiones ad sanitatem obtinendam, necessariae, felicius procedant *m*). In progressu febrium contagiosarum, si aeger maxime debilitatus, insensibilis ac sopore detentus iacet, Cel. WITHERS vesicatoria commendat *n*).

Vesicatoria autem in principio febrium putridarum, aut praepostere applicata aequae nocere, ac alias iuuent, dum humorum resolutionem promoueant et circulationem adaugeant, III. TRALLES *o*) HVXHAM *p*) SELLE *q*) pluresque alii docent.

In febribus biliosis putridis semper nocent, quam diu fordes in primis viis haerent, sudorem saepe noxium cientes et aluum et vrinam cohibentes. Si in his epispasticis opus est, sinapismi vesicatoriis sunt praeferendi. Vesicatoria etiam TISSOTO in febre biliosa non successerunt pro votis, et missis cantharidibus ad epispastica ex

D 5

fer-

l) l. c. p. 105.*m*) Id. ibid. p. 148.*n*) l. c. p. 192.*o*) l. c. p. 148.*p*) l. c. tom. II. p. 115.*q*) Rudimenta pyretol. p. 187.

fermento, acerrimo aceto et largiori seminis sinapeos dosi confugit r). Testatur etiam VALCARENGHI s): *se certe numquam in febre petechiali vesicantibus credere aut fidere tantum potuisse, quantum alii indiscriminatim faciunt.* —

SINAPISMVS.

Sinapismus iisdem fere viribus gaudet ac vesicatorium, excitat enim vires, allicit humores, sed non euacuat. Celeriores exserit effectus, sed mitius agit quam vesicatorium, et putredinem non promouet, sed ob vim sinapis antisepticam illam coercescit. Eius efficacia moderari potest, et per longius temporis spatium in usum vocari possunt sinapismi absque noxa. -- In febribus putridis sub iisdem indicationibus imponuntur ac vesicatoria. Cum autem sinapismi variis additamentis ad eundem irritationis gradum ac vesicatoria efferri, cumque plures simul partibus diuersis imponi possint, nec tamen in partes remotiores noxie agant, cum putredini haud faueant, sed eam coerceant, cum gangraenam non facile inducant, et ab aegrotis non adeo auersentur ac

ve-

r) De febre biliosa Lausannensi p. 62.

s) Medicin. ration §. 357.

vesicatoria, his non raro praeferri merentur, nisi malum magis in nervis, quam in humorum depravatione haeret. Deliria ferocia cum congestionibus sanguinis versus caput nimis, facie praerubra, oculis inflammatis, vultu toruo, quae omnia inflammationem cerebri timendam esse indicant, usum vesicantium numquam admittunt, dum haec nimis irritant et sanguinis impulsum augent. Sinapismi autem furis impositi ad deriuandum sanguinem multum faciunt. Hic sinapismi etiam a Cel. VOGEL commendantur *t*) Deliria in febre putrida accedentia, facies rubra, oculi feroces, sinapismos plantis pedum applicandos, vesicatoriis longe anteponendos, postulare, ait QVARIN *u*). Sinapismos versus noctem plantis pedum impositos dolores capitis leniisse, observavit de MERTENS *x*).

In febre biliosa putrida ad incitandas vires ubi vis naturae torpet, et pulsus arteriarum languet, ad deliria compescenda, ad soporem propellendum sinapismi summo cum emolumento in usum vocari possunt. Si vires prosternuntur,
fi

t) Handbuch p. 411.

u) l. c. p. 67.

x) l. c. p. 18.

si pulsus parvus et mollis sit, si delirium aut stupor, aut sopor accedit, omniaque alia symptomata in peius ruunt, cum eximio usu, fordibus etiam adhuc in primis viis haerentibus, sinapismos applicare licet; nam nec sordium excretionem impediunt, nec earum resorptionem in massam humorum promouent. — Sinapismus plerumque ex fermento panis cum aceto vini et seminibus sinapis contusis commixtus conficitur. Radice armoraciae, allii, aut cepis sub cineribus tostis, sapone nigro, sale ammoniaco adiecto acrior redditur. Brachiis, suris, aut plantis pedum superimponitur, sed pro indicatione aliis etiam corporis partibus applicari potest. Simulac rubedinem excitauit, seponi debet, et si dolor vehemens est, lacte calido aut herbae hyoscyami decocto locus inflammatus fomentetur.

Latius atque fusius de hoc meo argumento disputare potuisssem, nisi tum angustia temporis, tum fines libelli, quo minus singulas febrium species singulosque casus, ubi adhibenda sunt excitantia, peculiari tractatione excuterem, prohibuissent.

THESES.

I.

Peripneumonia post anginam inflammatoriam non metastasis, sed saepe huius morbi effectus est.

II.

Sequelae febrium intermittantium non semper a cortice peruiano oriuntur.

III.

Operatio aneurismatis spurii vetusti compressioni est praeferenda.

IV.

Ufus absorbentium in febribus superfluous est.

V.

V.

*Aquae minerales factitiae efficacia naturalibus
non postponendae sunt.*

VI.

*Amputatio partis gangraenosae saepe magis nocere,
quam prodesse videtur.*

VII.

*Uterum gerentibus, ultimo praecipue graviditatis
tempore, saepius primarum viarum purgatio
conuenit, quam venaesectio.*

VIII.

Cancer non ex una causa oritur.

IX,

Usus mercurii in praeparatione ad insitionem variolarum non solum innoxius, sed etiam proficiuus esse videtur.
